

infidelis; etiam si talis esset infans, ut tenet communis Doctorum cum Pasqual. q. 582. Immo probabiliter polluitur etiam per sepulturam infantis non baptizati filii parentum fidelium, quia talis infans est infidelis saltem negative; sic tenet Glossa, Hostiens. Tabiena, Armilla, Angel. Rodriq. Piasec. Suarez, Avila, Azor. Fagundez, Reginaldus, Layman, Coninch. Castropal. Lessius, Dicastill. Amicus, uterque Lugo, Quarti, Delbene, et alii, quos citat Pasqualig. q. 584, et etiam sic tenent Pirhing lib. 3. *Decretal.* tit. 40, num. 14. Reiffenstuel ibid. num. 21. Nisi tamen in utero matris defunctus cum matre sepeliatur, quia tunc non censeretur polluta Ecclesia, ex quo partus antequam edatur mulieris portio sit, vel viscerum; l. 1, ff. *de Ventre inspiciendo*, Pirhing. l. c. n. 14. Reiffenstuel loc. c. n. 21. (53. Azorius, Layman, et alii passim. Sunt tamen plures alii, ut Paludanus Sayr. Ugolinus, Jordan. Bordon. Alan. Passerin. et alii, qui sustinent per sepulturam infantis non baptizati filii parentum fidelium non pollui Ecclesiam, quia infantes non baptizati censentur tales, quales sunt parentes, et Jura odiosa intelligi debent de illo, qui positive est infidelis saltem professione parentum; quæ revera opinio non caret sua probabilitate.

(54. Si in Ecclesia fuerint sepulti hæretici non denunciati nominatim, etiam si alias notorii, non censetur violata Ecclesia, nec indiget reconciliatione, quia cum non teneamur eos evitare in vita, nisi nominatim denunciati sint, ita neque eos tenemur vitare post mortem; Layman. in *Theolog. moral.* lib. 1, tract. 5, part. 2, cap. 4, num. 9. Jordan. *de Re sacra* tom. 1, lib. 5, tit. 11, *de Benedict. Cæmet.* n. 127. Pirhing. loc. c. n. 13. Reiffenstuel l. c. n. 21. Antonell. *de Loco legali* lib. 1, c. 9, n. 16. La Croix lib. 6, part. 2, num. 286. Navarr. Gobat, et alii. (55. Sic nec etiam violatur Ecclesia per sepulturam ejus, qui in duello decessit, nisi denunciatus fuerit, quia licet duellantes ultra excommunicationem priventur etiam Ecclesiastica sepultura, ut in Concil. Trident. sess. 25, *de Reformat.* cap. 19, et in Constil. Clementis VIII, incipient. *Illius vices*, ex tali tamen prohibitione præcise non sequitur, ut Ecclesia polluatur, si contra fiat. Vide tamen ad rem, quæ a Bened. XIV, in sua Const. incip. *Detestabilem* noviter statuuntur quoad decessos in duello, quam Constitutionem habes superius verb. *Duellum* art. 2. Sicuti etiam non polluitur aliorum quibus est interdicta Ecclesiastica sepultura, ut sunt Usurarii, Interdicti, et alii similes, nam in pœnalibus, et odiosis non est facienda extensio nisi in jure habeatur; l. apud Labeonem, § *Si communem*, ff. *de Jurejur.* l. *Si quis servum*, ff. *de Serv. corrup.* c. *Is qui* 18, *de Sentent. excommun.* in 6, cap. *Odia* 15, et cap. *In panis* 49, *de Reg. Juris* in 6, et sic tenent Jordan. dict. tract. *de Re sacra* tom. 1, lib. 5, tit. 12, num. 126. Layman, Pirhing, Reiffenstuel, Antonell, l. c. Engel. lib. 3. *Decretal.* tit. 40, n. 12. Zœsius ibid. n. 11. Navarr. Suarez, et alii.

Post emanationem Bullæ Benedicti XIV. incipientis *Detestabilem, ac divina, naturalique ratione damnatum*, etc., falsa evidenter deprehenditur Auctoris sententia, quia sustinet non violari Ecclesiam per sepulturam ejus, qui in duello decessit, nisi is denunciatus fuerit. Quam in rem adducere satis est verba prælaudatæ Constitutionis Pontificiæ, quæ sunt hujusmodi: « Præterea simili motu, et auctoritate decernimus, ac declaramus, sepulturæ sacræ privationem a Sacrosancta Tridentina Synodo inflictam morientibus in loco duelli, et conflictus, incurendam perpetuo fore etiam ante sententiam Judicis a decedente quoque extra locum conflictus ex vulnere ibidem accepto, sive privatum indictum fuerit, ac etiam si vulneratus ante mortem non incerta pœnitentiæ signa dederit, atque a peccatis et censuris absolutionem obtinuerit; sublata Episcopis, et Ordinariis locorum, » etc. Ex quibus verbis satis liquido constat, quod si quem ex duello defunctum in Ecclesia sepeliri contingeret, etiam ante sententiam Judicis pollueretur Ecclesia, nam is esset excommunicatus non toleratus, ac per hujus sepulturam Ecclesia violatur, ut docet Antoine *Tract. de Eucharistia*, cap. 3. qu. 8. n. 4.

## RESPONSIO AUCTORIS AD THEOL.

Præfatam Constitutionem. incipient. *Detestabilem* jam a me integram allatam fuisse in Supplementis ad verb. *Propositiones damnatæ*, in prioribus editionibus, et in præsentem, ad verb. *Duellum* superius dixi. Poterit igitur lector eam percurrere, atque ex ea corrigere si quid minus recte exscripti ante illius promulgationem.

(56. Omnes recensiti casus, in quibus fuit dictum violari seu pollui Ecclesiam, requirunt quod sint publici, seu publice innotuerint; arg. cap. *Significasti* 5. *de Adulter.* ubi vis ponitur in publica detectione, ibi: *Publice*, et tenet Glossa communiter recepta in cit. cap. *Si Ecclesiam* unic. *de Consecr. Eccl.* in 6. verb. *Pollui*, Barbosa *de Offic. et Potest. Episcop.* alleg. 28. num. 37. Pirhing lib. 3. tit. 40. num. 22. Reiffenstuel ibid. num. 22. Suarez disp. 81. sect. 4. vers. 2. et alii passim. Qui enim secreto polluunt, etiam si adessent duo, vel tres testes, non inferunt necessitatem reconciliationis, ut est apud Abb. in cap. *Significasti* num. 2. *de Adult.* quem sequuntur Armil. Navar. Ostiens. et alii apud Episc. Maraviglia Leg. 348. *Prudentiæ Episcopalis*. Et ratio est quia Ecclesia non judicat de internis; arg. cap. *Tua* 34. *de Simonia*, et cap. *Erubescant* 11. distinction. 32. ibi: « De manifestis loquimur, Secretorum autem cognitor Deus, et Judex est. » (57. Si vero tales casus ab initio occulti, postea publice innotescant, ex eo tempore debet Ecclesia haberi pro polluta, et necessario debet reconciliari, quia ex tunc bona fama Ecclesie perditur, et æstimatio communis contraria subintrat; Silvester verb. *Consecratio* 2. qu. 5. § *Tertius*

*casus est*, Azor. part. 2. lib. 9. c. 5. qu. 2. Pirhing et Reiffenstuel loc. c. et alii passim.

(58. Effectus violationis seu pollutionis Ecclesie sunt tres. Primus est, quod Ecclesia polluta non potest consecrari antequam reconcilietur, et pollutionis causa amoveatur; cap. *Ecclesiam* 27. et c. *Ecclesiam* 28. dist. 1. *de Consecr. Eccl.* cap. *Si Ecclesia* 10. *de Consecr. Eccl.* Barbosa lib. 2. *Juris Eccl. univers.* cap. 4. n. 32. Secundus est, quod in Ecclesia polluta, vel in ejus Cæmeterio contiguo non potest sepeliri ullus defunctus, donec reconcilietur; textu expresso in cap. *Si Ecclesiam*, unic. *de Consecr. Eccl.* in 6. ibi: « Unde antequam reconciliatum fuerit, non debet in eo aliquis sepeliri. » Tertius effectus est, quod in Ecclesia polluta non possunt nec Divina Officia, nec Missæ celebrari; cap. *Sicut* 11. cap. *Nullus* 14. cap. *Ecclesiam* 27, et cap. *Ecclesiam* 28. dist. 1. *de Consecr. Eccl.* cap. *Ecclesia* 10. *de Consecr. Eccl.* (59. Si quis in Ecclesia publice polluta Missam celebrat, aut alia peragit Divina Officia, seu Defunctum sepelit, peccat quidem mortaliter, irregularis tamen, aut suspensus non efficitur, quia nulla pœna invenitur expressa in Jure contra eos qui talia agunt in Ecclesia polluta, antequam reconcilietur, adeoque non inducenda; arg. c. *Is qui* 18. *de Sentent. excommunic.* in 6. et cap. *Odia* 15. *de Regul. Juris* eod. in 6. Henriq. l. 9. *de Missa* can. 27, § 7. et lib. 13. *de Excommunic.* cap. *Si* § 5. Silvester verb. *Consecratio* q. 9. Barbosa *de Offic. et potest. Episcop.* allegat. 28. num. 54. Abbas in c. *Si Ecclesia* 10. *de Consecr. Eccl.* num. 4. Engel. lib. 3. *Decretal.* tit. 40. num. 22. Ugolin. *de Irregul.* lib. 1. cap. 1. num. 1. et alii plures apud Barbos. l. c. et lib. 2. *Juris Eccl. univ.* cap. 4. num. 33. Fagnan. lib. 5. *Decretal.* in cap. *Tuarum* 11. *de Privileg.* num. 4. (60. Si Sacerdos sciat solum ex Sacramentali Confessione Ecclesiam esse pollutam, poterit in ea licite celebrare, neque opus est aliqua reconciliatione; arg. cap. *Significasti* 6. *de Adulter.* et aliis juri-bus cit. sub n. 54. et sic tenent communiter Doctores cum Sayr. *de Censuris* lib. 5. c. 16. num. 10. et Barbosa cit. allegat. 28. num. 41. (61. Quando in actu celebrationis Missæ violatur publice Ecclesia, si id contigerit

(1) Ad hoc doctrinæ caput, quod in hæc insigni Decretali Gregorii IX. continetur, quæ præterea duobus aliis in locis: nimirum hoc Art. 4. n. 7. atque Art. 5. n. 52. a Cl. Nostro Auctore profertur, pauca quædam scitu opportuna hæc adnotare supervacaneum non ducimus; ubi et ad cumulatiorem hujusce argumenti, quod in hoc Articulo versatur tractationem, adnectendam curabimus insignis ejusdem casus resolutionem.

Edicitur itaque in hæc Decretali, uti patet, Episcopum posse committere alteri Episcopo reconciliationem Ecclesie pollute, non vero simplici presbytero; quia Episcopus committere minime valet ea, quæ ad Ordinem spectant Episcopalem, inferioris Ordinis Clericis. Quia quidem in re optima proponitur Regula ad dignoscenda quænam ab Episcopo demandari possint inferioris Ordinis Clericis. Etenim illa omnia quæ ad jurisdictionem spectant Episcopalem, quæq. Episcopus adsequitur ipsa Confirmatione,

ante Canonem, est statim a Sacrificio cessandum; si post Canonem, est proseguendum; sic expresse Rubrica Missalis tit. *de Defectibus in Ministerio ipso occurrentibus*, ibi: « Si Sacerdote celebrante, violeetur Ecclesia ante Canonem, dimittatur Missa, si post Canonem, non dimittatur. »

(62. Polluta Ecclesia, polluitur etiam Cæmeterium ei contiguum; secus si remotum fuerit ab eadem; cap. *Si Ecclesiam*, unic. *de Consecr. Eccl.* in 6. ibi: « Si Ecclesiam pollui sanguinis; aut seminis effusione contingat, ipsius Cæmeterium, si contiguum sit eidem, censetur esse pollutum, unde antequam reconciliatum fuerit, non debet in eo aliquis sepeliri. Secus si in remotum fuerit ab eadem. » (63. Polluto autem Cæmeterio, quamvis Ecclesie contiguo, non polluitur Ecclesia; cit. c. *Si Ecclesiam*, ibi: « Non sic quoque in casu converso sentimus, ut videlicet polluto Cæmeterio, quamvis Ecclesie contiguo, debeat Ecclesia reputari polluta, ne minus dignum majus, aut accessorium principale ad se trahere videatur. » (64. Quando sunt plura Cæmeteria, polluto uno Cæmeterio, aliud isti contiguum non polluitur, licet per portam de uno in aliud detur ingressus; cit. cap. *Si Ecclesiam*, ibi: « Non unum sed plura Cæmeteria esse noscuntur, quæ quamvis sibi cohærentia, pariete tamen medio se junguntur; ideoque violato eorum altero, alterum (licet de uno ad aliud per portam intermediam habeatur accessus) non propter hoc reputabitur violatum. »

(65. Reconciliatio Ecclesie pollute si prius fuerat consecrata, non potest fieri ab alio, quam ab Episcopo Diocæsano, vel ex ejusdem assensu aut commissione ab alio Episcopo; non autem potest Episcopus Diocæsanus ad hoc delegare simplicem Sacerdotem; textu expresso in cap. *Aqua* 9. *de Consecr. Eccl.* ibi: « Aqua per Episcopum benedicta Ecclesiam reconciliari posse per alium Episcopum non negamus; per Sacerdotes simplices hoc fieri de cætero prohibentes, non obstante consuetudine Provincia Bracharensis, (quæ dicenda est potius corruptela) quia licet Episcopus committere valeat quæ jurisdictionis existunt, quæ Ordinis Episcopalis sunt non potest inferioris gradus Clericis demandare (1). » (66. Et

Cap. *Transmissa* 5. *de Electione* etc. hæc posse delegari aliis inferioris gradus Clericis nullatenus dubitandum. Hujusmodi autem essent potestas cognoscendi causas, judicandi, instituendi, conferendi beneficia, atque id genus alia. Secus vero dicendum erit de his, quæ ad potestatem ordinis spectant; uti est E. G. Clericorum Ordinatio, consecratio virginum, consecratio Altarium, alique hujusmodi, de quibus Leo I. in Cap. *Quamvis* 4. distinct. 68. apud Gratianum; quæ ab Episcopis simplici Presbytero, aut altari inferioris Ordinis Clerico committi non posse, unanimi consensu tradunt Canonum Interpretes.

Hujusce porro discriminis ratio inde repetenda est; quia nimirum jurisdictionis potestas sola voluntate et verbo committitur, et revocatur, sive fuerit delegata, sive ordinaria, Cap. *Super Questionum*, 27. § *Intentioni* et § *Porro de Officio Judic. Deleg.* Et leg. *Judicium*, ff. *de Judiciis*. Collatio vero Sacra-

quod Ecclesiae consecratae, et Coemeterii reconciliatio non possit fieri nisi per Episcopum Diocesanum, vel per alium Episcopum de consensu ipsius, et non per simplicem Sacerdotem, decrevit pluries Sacra Rit. Congreg. et signanter in Placentina 19. Maii 1607. in Cameracensi 9 Februar. 1608. et in Aretin. 9 Aprilis 1633. (67. Ex privilegio, seu commissione Summi Pontificis reconciliatio Ecclesiae pollutae potest fieri etiam a simplici Sacerdote. *Est communis*, et habetur ex Sac. Cong. Rit. quae in Placentina 19. Maii 1607. decrevit non posse simplicem Sacerdotem reconciliare Ecclesiam consecratam pollutam sine licentia Sedis Apostolicae. (68. Et de facto ex privilegio a Leone Decimo concessio Generalibus, Provincialibus, Custodibus, et Guardianis Fratrum Minorum, possunt ipsi, alique Praelati Regulares Ecclesias sibi subjectas quomodocumque violatas, etiam prius consecratas, reconciliare, aqua per ipsos benedicta, si Episcopus, qui illam benedicit, distet ultra duas dietas, alias debent uti aqua per Episcopum benedicta. Tale privilegium habetur in compendio privilegiorum Fratrum

mentorum non confertur sola voluntate, et verbo; sed factum opus est; quia necessaria est visibilis unctio, et exterior, quae est signum interioris et in corde. Cap. unic. *de Sac. Unctione*. Ita Glossa in *Laud. Cap. Aqua*, Verb. *Jurisdictione*. Quod etiam luculentioribus verbis expressit D. Thomas, cum docuit duplicem esse spiritualem potestatem, aliam Sacramentalem, aliam vero Jurisdictionalem; Sacramentalis, quae enim confertur per aliquam Consecrationem; potestas autem Jurisdictionalis ex simplici injunctioe hominis confertur 2-2. q. 3. art. 3.

Hunc itaque actum, atque jus reconciliandi Ecclesiam pollutam ad Episcopalis Ordinis potestatem pertinere declarat atque decernit Pontifex in adducta Decretali; ideoque a simplici Presbytero, etiam praecedente Episcopali delegatione, peragi non posse. Et licet, si secus fieret, reconciliatio ipsa nullius roboris esset reputanda, uti sentit Glossa in *Laud. Cap. Aqua* Verb. *Jurisdictione*, et verb. *Toleramus*; demandante tamen Summo Pontifice hujusmodi reconciliacionem, per simplices etiam Presbyteros fieri posse, communiter docent Theologi, ac Canonum interpretes. Quare non tam ex natura rei, sed potius ratione prohibitionis, ac praecipi potestatem reconciliandi pollutas Ecclesias Episcopis privative factam suspicaverit.

Id quidem rectissime sancitum occurrit velut vestigium antiquae disciplinae. Haec enim sollemnis et publica Ecclesiae reconciliatio, cum figura esset publicae et sollemnis reconciliacionis animae per peccatum pollutae; quemadmodum isthaec sollemnis Poenitentium reconciliatio per neminem, nisi per Episcopum fiebat, ita et Templi reconciliatio, quae ut per solum Episcopum fieret Ecclesiae canonibus decretum fuisse constat. Van-Espen Part. II. sect. 2. tit. seqq. *de Aedificand., consecrand. etc.*, cap. 4. num. 21. etc.

Illud etiam quaeri poterit; num scilicet vis consuetudinis legitime inductae dispositioni hujusce Decretalis derogari possit; ut per simplicem etiam Presbyterum, obtenta tamen delegatione ab Ordinario, atque adhibita aqua ab Episcopo benedicta, quam vocant *Gregorianam*, possit Ecclesia polluta reconciliari; licet ibidem consuetudo contraria, veluti *corruptela* damnetur. Ita sane respondet ac docet Cl. Pontas in suo *Dictionar. Respons. ad Cas. 17.* verb. *Ecclesia*, qui ibidem adserit ad reconciliatio-

Minorum, et aliorum Mendicantium, et non Mendicantium ab Alphonso de Casarub. secunda edit. sub verb. *Benedicere* § 4. et refert Sayr, *de Cens. l. 3. c. 16. n. 31.* et de eo testantur passim Doctores, et signanter plures citati a Barb. dict. allegat. 28. n. 64. (69. Immo Rodriguez tom. 1. qq. *Regul. q. 16. art. 6.* quem sequitur Barbosa, et alii, vult posse Regulares uti dicto privilegio reconciliandi Ecclesias aqua per ipsos benedicta, non solum quando Sedes ordinaria Episcopi distat duabus dietis ab Ecclesia polluta, sed etiam quando Episcopus taliter distat ratione suae absentiae, vel abest per mortem, renunciationem, depositionem, exilium, etc. (70. Quaelibet dieta continet 20. milliaria Italica juxta Glossam in cap. *Nonnulli* 28. *de Rescriptis*, verb. *Ultra duas dietas* arg. l. 3. ff. *de Verbor. Significat.* quam Glossam sequitur Barbosa loc. cit. num. 64. cum pluribus aliis ibi a se adductis.

(71. Si Ecclesia polluta non fuerit consecrata, sed solummodo benedicta, reconciliari potest per quemlibet simplicem Sacerdotem per solam aquae lustralis aspersionem: c. *Si Ecclesia* 10, *de Consecrat. Ecclesiae* ibi: « Si

nem Ecclesiae pollutae non esse absolute necessarium personale Episcopi ministerium; atque in multis Galliae Diocesisibus usum obtinere, ut satis sit pro hac caeremonia peragenda Sacerdotem ab Episcopo deputari. In Belgio quoque testatur Van-Espenius reconciliacionem Ecclesiae consecratae passim fieri per Sacerdotales ab Episcopis delegatos. Num vero istud ex privilegio Romana Sede concessio habeant Episcopi Belgii, ut possint ad hanc functionem simplicem etiam Sacerdotem delegare, quemadmodum testatur Innocentius IV, in hanc Decretalem, Pontificem pluribus Episcopis hoc privilegium indulsisse, se ignorare fatetur Van-Espen. l. c.

Demum breviter inquirendum, quidnam agendum Parocho, si haec aut similis facti species eveniat. Oborta forte rixa in Ecclesia inter duas mulieres, altera in alteram tanto impetu insiluit, ejusque fauces tanta vi compressit, ut pene illam ad mortem redegerit. Semianimis itaque relicta in Ecclesia, atque inde in vicinam domum delata, iudicio Medicorum de ipsius vita conclamatum, brevi creditur moritura. Dum itaque mortis eventus expectetur, atque suspensus haereat, quid interea temporis Parocho erit agendum?

Resp. Praeter cessationem a Divinis Officiis, nihil praeterea molendum, donec mortis aut valetudinis eventus adhuc pendeat suspensus. Neque enim accedendum statim ad reconciliacionem Ecclesiae, cum nondum pollutionis maculam contraxerit; cum nulla sanguinis effusio in Ecclesia contigerit, tantum Obitu mulieris adveniente pollui poterit Ecclesia, qui Obitus nondum accidit. Praeterea, si post hujusmodi reconciliacionem mulieris mors eveniat, iterum erit ecclesia reconcilianda cum prior reconciliatio peracta in ecclesia nondum polluta, nullius penitus momenti erit habenda; si vero sanitati mulier restituatur, risu forte excipienda foret publica et sollemnis reconciliacionis caeremonia antea peracta. Quapropter, uti diximus, expectandus rei eventus, cessando tantum interea a Divinis Officiis. Quod si illa et vita excedat, protinus erit Ecclesia reconcilianda. Ita olim respondit Cl. Cabassutius in simili facti specie suam sententiam rogatus, ejusmodi responsionem inseruit in sua *Theor. et Prax Jur. Canon. lib. V. cap. 21. n. 16.* Et Pontas, in *Dictionar. Cas. Conscient. vers. Ecclesia*, cas. 9. (EDIT. NEAP.)

Ecclesia non consecrata, cujuscumque semine fuerit aut sanguinis effusione polluta, aqua protinus exorcizata lavetur, et sic Glossa communiter recepta, ibi: verb. *Lavetur*. (72. Neque requiritur quod aqua pro reconcilianda Ecclesia non consecrata sit per Episcopum benedicta: debet enim statim, etiam irrequisito Episcopo, a Rectore Ecclesiae, vel alio Sacerdote aqua lustrali lavari, seu reconciliari, ut praescribit cit. textus: «Aqua protinus exorcizata lavetur»; quod non possit *protinus* fieri, si Episcopo licentia, benedictio, aut auctoritas esset expectanda, et exorcismus aquae per Episcopum esset faciendus, nec haberetur justus finis intentus a Canone, «Ne divinae laudis organa suspendantur», ut cit. cap. *Ecclesia*, recte advertunt Doctores. Aliter loquitur citatus Maraviglia Leg. 348. *Prud. Episc.* Juxta ipsum enim poterit etiam Ecclesia consecrata polluta, ex permissione Episcopi, aut illius Vicarii, ablui aqua benedicta per simplicem Sacerdotem, adhibitis ordinariis benedictionum precibus, et postea poterit intra eam divina officia celebrari, sicuti prius, donec per Episcopum consecratur. Contra vero, si Ecclesia tantum benedicta et non consecrata polluat, sufficet ordinaria quidem reconciliatio per simplicem Sacerdotem, sed ex mandato Episcopi, ex c. fin. *de Consecr. Eccl.* Juncta Glossa.

(73. Coemeterium consecratur, et reconciliatur eisdem modis, et ab eisdem, quibus consecratur et reconciliatur ipsa Ecclesia; arg. cap. *Consulvisti* 7, *de Ecclesiae Consecrat.* et cap. *Si Ecclesiam* unic. eod. tit. in 6, et Pontificalis Romani, ex quo eodem ritu consecratur Ecclesia et Coemeterium: ita tenet communis Doctorum cum Silvestr. verb. *Coemeterium* q. 1. Pirhing. loc. cit. n. 30. Reiffenstuel l. c. num. 29.

#### ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(74. Facile est rationem reddere, cur Ecclesia semel sollemni ritu consecrata denuo consecrari haud possit, quocumque etiam enormi crimine polluta. (75. Consecratio enim templi materialis, repraesentat consecrationem templi spiritualis per baptismum, atque hac ratione ritus istius consecrationis ad similitudinem rituum hujus spiritualis consecrationis sunt plures inducti. (76. Quo factum est, ut sicuti templum spirituale semel per (77. baptismum consecratum, licet postmodum per peccatum fuerit violatum, haud potest iterato per Baptismum consecrari, ita nec templi materialis sollemnis consecratio huic spiritualis templi consecrationi respondens iteranda est. (78. Vide decretum, quod sub nomine Concilii Nicaeni, licet falso, refert Gratian. dist. 68, can. 3, et rursus dist. 1, *de Consecrat.* can. 20.

(79. Quomodo autem constare possit de consecratione Ecclesiae, non inutilis investigatio est: «Per unum Testem, qui dicat fuisse consecratam sive de visu, sive de auditu, vel per notam in libris Ecclesiae, vel pariete, sive tabula marmorea, quia tunc

sufficiunt semiplenae probationes quando nemini sit praedictum: » ita apposite ait Zoes. in *Decret. lib. 3. tit. 40. n. 1.* in addit.

(80. Sin autem de consecratione minime constet, vel dubia ea sit, consecranda est Ecclesia; eodem modo ac reiterari potest baptismus, si dubium sit, an is valide sit collatus, ut sub nomine Concilii Meldensis habetur can. 18, dist. 1, *de Consecrat.*

(81. Consecrari vero denuo potest Ecclesia, si ipsa vel in totum, vel ex majori parte destructa fuerit, quod quando evenisse dici possit, recte explicat Auctor a n. 19, ad plur. sequent. (82. Hic vero non est praetereundum, quod saeculo XI, persuasum fuit, principali Altari everso, totam Ecclesiam esse consecrandam. (83. Fundata autem fuit persuasio haec in Canone falso Higinio Papae adscripto; Vide dist. 1, can. 19, *de Consecrat.* tum haec a sancto Anselmo lib. 3, epist. 159, reddebatur ratio. (84. «Altare (aiebat) non fit propter Ecclesiam, sed Ecclesia propter Altare, et ideo violato principali Altari, jam non videtur esse Ecclesia, quia non est illud propter quod Ecclesia constituitur et consecratur. Quapropter quum illud fit novum, recte videtur cum eo consecrari, per quod recipit ut sit Ecclesia.» At sub finem Saeculi XII, haec disciplina mutari coepit, uti constat ex decretali Alexandri III. in cap. 1, *de Consecrat. Eccles.*

(85. De ritibus, quibus tum antiquitus usa est, tum in praesens utitur Ecclesia in consecratione, confer Bohemer. in *Decretal. lib. 3. tit. 40. fer. per tot.* (86. De mystico vero ipsorum significato adi Durand. in *Ration. divin. offic. lib. 1. cap. 6.* Remigium apud Marten. t. 3, *de Antiqu. Eccles. Ritib.* lib. 2, cap. 13, pag. 242, et sequent. et Honorium Scriptorum Saeculi XI. in *Sacramentario* edito a Bernardo Pezio tom. 2. *Thesaur. anecdot. novissim.* p. 1, c. 100 pag. 339 et sequent.

#### ARTICULUS V.

*Quoad varia miscellanea Ecclesiam concernentia.*

(1. Nemo potest habere fenestram, per quam prospectus, nec portam, per quam transitus habeatur in Ecclesiam, sine indulto Apostolico, ut pluries declaravit Sac. Congr. Episc. et Reg. et signanter in Casertana 8 Junii 1646, in Cusentina 14 Decemb. 1646, in Hortonen. 11 Junii 1655, in Veronen. 15 Junii 1655, in Alexandr. 14 Novembris 1659. (2. Immo injungitur Episcopo, ut cryptas, et aditus subterraneos a domibus privatorum ad Ecclesias et loca immunia claudere faciat; S. Cong. immunit. in Aquilana 9 Martii 1632, l. 2, *decr. Pauluc.* pag. 115. Quod indultum saepe petentibus denegatur, ut in Andrien. et Telesina. 5 Martii 1619, et in Pisaurien. 3 Octob. 1692. (3. Talis prohibitio vim habet etiam in eo, qui habet januam correspondentem in Domo Parochoi Ecclesiae contigua, ut declaravit eadem Sacra Congregatio Episcoporum. in Faventina 17. Februarii 1619, in qua casus ita propositus erat: «Episcopus Faventinus, cum in visitatione Ecclesiarum Parochialium quasdam